



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod etiam tyrannis Apollo adulabatur Cap. xiiij

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

## 118 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

mōrōrē ac īra commotus, columnam qua domus sustentabat ubi iudicū silij docebantur, subtraxit, miseraq; omnes morte cōfecit. Sed illud forsan admiraris, quia in loculum persequentes fugiens, sa  
cru in ingressus, tegmen loculi sic apposuit atque tenuit, ut inde nō potuerit abstrahi. Ideo ergo deus & non mortalis, ideo uirtutē eius dīj admirati in cōlum ipsum sicut Ganymedem rapuerunt. Sed il/ lum pulchritudine persuasi, hunc robore corporis, & quia uiribus bene usus est. Cur non de asinis quoq; bene calcitrantib; ut de pu  
gilibus oracula reddis? Præcipius deorum Siluester asinus nō Dio medes, quē uenerator sacrī. Quippe & Diomedē & multos alios, si calcib; secum certaret, omnino suparet, ipsum etiā pugilē Thasii ad barathrum de coelo calcib; facile deīceret. Credamus em̄ deo, quod etiam Thasius ambrosia nectareque deorum in coelo utatur. Nunc demum intelligo diuinum quid esse cælestib; uti. Quod si philosophi omnes intellexissent, omni uirtutis genere sperto, Tha/ siū pugilem imitati fuissent, cui immortalitatē quidem, ut Dio/ medi dīj nō concederunt. Sic autem honorarunt, ut cum ænea sta/ tua eius, quasi animata super pulsantem hostem ceciderit, cumque Thasij quasi diuinarij rerum ignari scelus illud putassent, in mareq;  
statuam idcirco proiecerint, dīj commoti, ingenti annonae penuria eos vexabant. Tu autem Apollo quasi deorum humanissimus am/ biguum, ut Soles, auxilium eis præbuiſtī sic dicens. Reductis in pa/ triam exilibus, Cererem metetis. Thasij yōo quasi maiori curē deo/ rum humanitati exules quam statuæ forent, restituerunt eos in pa/ triam, & nullam utilitatem consecuti sunt, donec quidam uidelicet sapiens pugilis demersam statuam intelligi per oraculum exposue/ rit, qua restituta, focunditas agroꝝ Thasij restituta est. Simile qd Loris accidisse fertur, qui cum Eutyculem quasi proditionis con/ sciū in carcerem intrusissent, & post mortem ciuis statuas dehone/ starunt, fame laborantes oraculum accæperunt, ut de honestatu ho/ norarent, si agros non frustra uellent arare. Non minus igit Athle/ tas dīj uidetur diligere, quam boues saginati ab hominib; diligun/ tur, quibus sacrificatis, tu Apollo placari soles.

Quod etiam Tytannib; Apollo adulabatur.

CAP V T X I I I .

Quid



**Q**uid autem dicam, quod crudelissimis etiam Tytanibus sic adularis, ut summos viros putare videaris? Quid enim ait de Cypselo. Felix hic vir Cypselus exacida. Quomodo autem si Cypselus felix, Phalaridem, cuius ille similis fuit, beatum fuisse negabimus, immo vero video qua ratione Phalaris etiam tibi ac Ioui placuit. Sic enim ipsis quoque respondisti. Apollo Iuppiterque pater uitam Phalaridi prorogauit, quia Caritona & Menalippum humanissime tractauit. Nam cum illos insidiantes sibi capisset, patientiam quam dum torquerentur ostenderunt admiratus, dimisit.

Quod ligna & lapides adorandos Apollo consulebat.

CAPVT XV.

**M**ethymnenibus aucte perutile fore asseruisti, si ligneum Dionysi caput colerent. colunt enim certe Methymnenses ligneum Dionysi caput tibi hortanti persuasi, alii vero lapideis, alii aeneis, nonnulli aureis, multi argenteis simulachris sacrificant. Triginta eorum milia in terra esse censet Hesiodus. Ego autem multo plures lapideo atque ligneos hominum creatorum ac dominos esse video. Sed tibi o Apollo mirabile uisum est, quod ligneum humani capitum simulachrum dum iactum traherent Methymnenses extraxerunt, colendumque illud diuinis honoribus esse respondisti. O rem mirabilem, ex profundo maris ita repente retibus annexum Dionysi caput prosiluit. Hec Oenomaus,

EVSEBII Phamphili Liber Sextus.

**N**unc in hoc sexto euangelicæ præparationis uolumine falsitatem oraculorum a falsa de fatis opinione profluxisse, neque aliunde quam caelestium motu corporum diuinationem illorum coniectura collectam suisse ostendemus.

Quod quæcumque dicit gentium præidebant caelestiū motu præidebant.

CAPVT I.

**A**d sit ergo rursus magnus apud gentes Porphyrius, qui in libro de oraculis manifeste hoc his uerbis aperit. Quæcumque inquit dicit fatata prædicunt, Stellarum motus